HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 103v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uix manus eorum euaserit. Qui gaudio repleti deo gratias
retulerunt. ac petrus. iacobus. iohannes. dextras apostolice soci
etatis dederunt. atque eum cum barnaba et aliis xpm gentibus
predicare direxerunt. Qui pene uniuersum mundum per
uagans uerbum dei ubique disseminans orientem et occi
dentem quasi duobus funibus complexum ad fidem pertraxit.
copiosa scripture eloquentia instruxit. Inter cetera preclara
signa que fecit. cuidam mago sibi resistenti lumen ademit.
pro consulem paulum conuertit. nomen quoque eius perpetuo possedit.
Mos. ii. antiquitus erat. ut si prepotens persona ab alio
superaretur. nomen uicti. uictori imponeretur. Quadam noc
te dum paulus sermonem protrahit. quidam adolescens ob dor
miens de tercio cenaculo corruit. Qui mortuus leuatur. sed
protinus a paulo resuscitatur. xpcque ab omnibus laudatur. Omni
bus ecclesiastice institutis ad apostolos remeat. quanta deus per
eum in gentibus fecerit narrat. Qui predestinatori deo gratias re
tulere. qui omnes homines uult saluare et ad agnitionem ueri
tatis uenire. Paulus itaque dum in templo orat ad tercium
celum rapitur. in celestem paradysum transfertur. ihm xpm
uidit. multa secreta perspexit. que homini loqui non licuit. De
inde spiritus feruore predicandi ardore. in gentes regreditur. in
singulis pene ciuitatibus uirgis et flagellis ceditur. aut
lapidibus discerptus semiuiuus eicitur. in multis locis ca
tenis constringitur. carceribus sepius includitur. His et aliis pluribus
aduersis pro xpo perpessis ierosolimam reuertitur. a iudeis com
prehenditur. a paganis rapitur. catenatus romam mittitur. In
nauigatione nauis a tempestate soluitur. paulus fluc
tibus inuoluitur. tribus diebus ac noctibus in profundo pelagi
latuit. deinde xpo leuante emersus litus in colomis te

12